



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 194 [i.e. 104]. Regis responsum ad Cleri rationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1587.

„consentiente alienarent, ipsemet ergo  
 „Papa absque consensu Titularium, &  
 „Administratorum ad præfatorum bo-  
 „norum alienationem procedere non  
 „deberet: præterea hæc clausula: in-  
 „vitis, & contradicentibus Clericis, utpote  
 „sacris Conciliis, juriq; communi ad-  
 „versa a Senatu non fuit approbata.„ His  
 dictis tandem hoc scriptum absolveba-  
 tur supplicando Regiæ suæ Majestati,  
 ut tandem sibi satisfactum credat  
 illis copiosissimis pecuniarum sum-  
 mis jamjam a Clero indultis, hancque  
 in rem duntaxat concessione, & Pon-  
 tificis diplomate uteretur, simul vero  
 extremam, ad quam a Rege Clerus  
 per hæc exactiones redactus esset, pau-  
 pertatem serâ mente perpenderet.

## §. CIV.

*Regis Responsum ad Cleri rationes.*

**A**d hæc Ordinis Ecclesiastici rationes  
 Rex hæc in responsis dabat: „præ-  
 „ter Dei honorem, hæresumque ex-  
 „tirpationem nil ardentius desidero,  
 „easque indies novis progressibus au-  
 „geri, non sine ingenti animi mei mœ-  
 „rore intueri cogor, omnes vero meas  
 „curas eo impendam, imo nec meo  
 „etiam sanguini parcam, ut hoc ve-  
 „nenum penitus extirpem: ad id enim  
 „ipso Regis Christianissimi nomine, quod  
 F f 5 „hære-



Sæcul. XVI. „hæreditario jure a meis Prædecessori-  
 A. C. 1586. „bus ad me devolutum est, obstringor:  
 „ut autem meo desiderio optatus re-  
 „spondeat successus, armorum poten-  
 „tia mihi est necessaria, nihil tamen ag-  
 „gredi valeo sine subsidio subditorum  
 „meorum, præcipue autem mei Cleri,  
 „cujus plusquam ceterorum interest,  
 „cum de propria illorum agatur causa:  
 „non ergo diplomatis Pontificii execu-  
 „tionem juxta suum tenorem, ac mo-  
 „dum retardare valeo, sicut nec spectata  
 „rerum mearum necessitate quicquam  
 „de ejus amplitudine restringere possum:  
 „nec mihi persuadere queo, quod id,  
 „si ex profanis Ecclesiæ bonis, eorum-  
 „que redditibus centies mille aurei alie-  
 „nantur, Clero tam grave, ut præ-  
 „fertur, præjudicium inferat: præcipue  
 „cum nunquam ad hanc exactionem  
 „devenissem, si ad suppeditandas mei  
 „exercitus expensas aliud quoddam  
 „medium a meo Senatu excogitari po-  
 „tuisset: cum ergo præpediturus, ne  
 „hæretici mihi leges præscribant, tot  
 „copias alere cogar, Cleri subsidia mihi  
 „sunt necessaria. Denique cum diu  
 „ultro, citroque responsiones fierent,  
 Rex suo proposito pertinaciter insistens  
 congregatos dimisit.